



Thesavrvs|| Locorum|| Commvniūm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Caput XXIX. Noxa, Noxia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAPUT XXIX.
Noxa, Noxia.

Axioma I.

Noxa caput sequitur, l. quod dicitur 18. de furt. l. qui ex pluribus 20. & l. ult. ff. l. 1. Cod. de noxal. act. l. 1. §. 1. ff. de posit. l. 7. §. 1. de noxal. act. 1. c. actio noxalis ambulatoria est, & cum servo sive capite noxio transit. §. omnis 3. Inst. de noxal. act. ubi Harprecht. n. 3. Ratio est, quia non datur actio noxalis, nisi in eum, qui noxam dedere possit, si velit: non in eum, qui non possit dedere, nec si velit. Anton. Faber in rat. decid. ad l. si quis in multis 14. ff. de noxal. nec alius pro alio condemnari debet, l. 2. C. ne fil. pro patr. Carpzov. in crimin. p. 2. q. 2. §. 105. num. 47. Et hanc regulam etiam obtinere in quadrupede notat. l. 1. §. 12. si quadr. paup. feciss. videatur latissimè hac de re mear. Criminal. definit. r. acemat. §. tit. si fam. furt. feciss. dicatur. n. 27. & seqq. Limita (1.) nisi dolo possidere desit. (2.) nisi sciente priore domino servus deliquit. l. 2. §. 2. l. 4. pr. & §. 2. de noxal. act.

II.

Non noxa, sed fato plerumque imputantur, quæ ex improvise casu potius, quam fraude accidunt. c. frater 47. dist. 50.

III.

Noxia sunt subtrahenda, & salubria procuranda. Extrav. Com. ex supernæ 2. in princ. de præbend. & dignit.

CAPUT XXX.
Nullitas, conf. rubr. Sententia.

Axioma I.

Nullitas devolvit processus. Gail. lib. 1. obs. 135. n. 3. causam principalem ad iudicem nullitatis devolvit. l. absentem 6. C. de accusat. Bart. in l. si expresim. num. 130. ff. de appellat. Philip. Franc. in cap. dilecto. num. 18. de appellat. add. Gail. 1. obs. 127. ubi tribus limitationibus regulam declarat. Unde desertam appellationem non protinus censi desertam nullitatem, ait Myns. 2. obs. 77. quod intellige in casu, quo nullitatis causa est intentata principaliter, secus si incidenter. Vult. 2. Conf. Marp. 29. num. 46. Myns. resp. 8. num. 19.

II.

Alleganti nullitatem incumbit onus probandi omnia acta, ut possit argui contra sententiam. Corn. consil. 348. num. 31. vol. 1. Abb. consil. 41. p. 1. & consil. 341. num. 12. Aym. Cravett. de antiquit. temp. part. 2. num. 31. Farinac. 1. decis. 12. num. 9.

III.

Allegare nullitatem nemo potest, qui præbet causam nullitatis. Cravett. in quest. super statuto indemn. mulier. num. 33. impress. post tractat. suum allegatum. Bertazol. consil. decis. conf. 48. num. 49.

IV.

Cuiusque appellare permissum, illi etiam nullitatem deducere concessum; nam uti appellatio tendit ad nostram defensionem, adeoque favorabilis est, ita etiam querela nullitatis. Exemplum est in venditore, qui appellare potest victo emtore. l. 4. §. 2. ff. de Appell. item in debitore, si fideiussor victus sit. l. 5. §. 1. ff. eod. ergo etiam hæ personæ querelam nullitatis instituire possunt.

CAPUT XXXI.
Nullum.

Axioma I.

Nullum esse, non est adeo generale, quin ex consideratione circumstantiarum non possit civiliter intelligi restrictionemque recipere. l. si mihi Maria 92. §. ult. ff. de legat. 3. l. obligatione §. ff. de pignor. l. ut gradatim 11. §. et si 1. ff. de muner. & honor. l. & non tantum 19. §. quod si pro emptore 1. ff. de petit. hered. latè Cachéran. decis. 169. n. 9. Oldrad. consil. 45. num. 7. & conf. 268. n. 1. Nevizan. consil. 40. n. 10. Regner. Sixtin. 1. Conf. Marpurg. 114. n. 62.

II.

Nullum ipso jure est, quod fit contra Leges, l. 5. C. de LL. cap. qui contra 64. de R. l. in 6. Weilenbec. ad tit. Instituit. qui & ex quib. caus. manumitt. non lic. quod enim nullum est, perinde habetur, ac si omnino factum non esset. l. 1. §. hæc autem 2. ff. quod quisq. jur. in al. statuer. Felin. in cap. illud. n. 5. de præscript. Tiber. Decian. responsio. n. 34. vol. 1. Thoming. decis. 20. n. 14. & simile est mortuo. Honthem. lib. 3. de art. Notar. 16. n. 20. nec rumpi aut confirmari potest. Cachéran. decis. Pedem. 34. n. 12. & decis. 39. num. 11. Vult. 1. consil. 22. num. 87. & id, quod nulliter factum est, revocari non debet, cum de novo, si non esset factum, fieri deberet. l. fin. §. fin. ff. quod met. caus. Achill. Personal. de adipisc. posses. n. 250. vers. & hoc quoque. Negulant. de pignor. memb. 2. part. 3. num. 23. Jason. in l. fin. num. 19. C. de edit. D. Adrian. toll. Farin. 1. consil. 85. n. 164.

III.

Multa reperiuntur, quæ sunt nulla, & tamen non possunt allegari nulla. Alciat. præsumpt. 12. in fin. reg. 3. Menoch. lib. 2. de præsumpt. præs. 76. n. 34. Pacian. 1. consil. 162. n. 30.

IV.

Quando aliquid nullum est, quicquid ex eo consequitur, nullum esse oportet. Myns. 1. respons. 8. num. 7. ubi vid. quando omissionem litis contestationis sententia nulla fiat, & qui sit nullitatis effectus.

V.

NULLUM quod est, nullum producit effectum, l. 4. §. condemnatum 6. ff. de rejudic. l. non putavit 8. §. non quævis 2. ff. de bonorum posses. contrat. ab. l. 2. ff. de auct. tutor. l. si aut nullum. 4. C. de legit. hered. l. non dubium 5. C. de legib. l. fin. C. de